
Dd 131


226
E 47

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

~~D. L. I. 160~~ 1–2
226 E 47
1). N. Kr. 1995
2). N. Kr. 333

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Ex auctione Enschedeiana, Harlemi habita
m. December 1867 n° 2288.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

P. Terentii Afri poetae comici Phormio

1515.



Hoc Terentii exemplar: collatus est cū Codice Manuscripto in Bibl. Publ. Lugd. Batavorū. et cū. Manuscript. Jodocus Badius.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

¶Acta ludis Romanis. L. Poſthumio Albino. L. Cornelio Merula. edi. cur. egere. L. Ambiuiꝰ Turpio. L. Attilius. Preneſtinus: Modos fecit Flaccꝰ Claudi. tibijs imparibus: tota greca Apollodori. epidicazomenos Facta quarto. Cn. Fannio. M. Valerio coſſ.

¶C. Sulpitij Apollinaris Periocha.

¶Senarij.

Chremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio
Chremes clam habebat Lemni vxorem, et filiam
Athenis aliam coniugem, et amantem vnice
Gnatum fidicinam, mater e lemno aduenit
Athenas, moritur. virgo ſola, aberat Chremes
Funus procurat, ibi eam viſam Antipho
Cum amaret, opera paraſiti vxorem accipit
Pater, et Chremes reuerſi fremere, dein minas
Triginta dant paraſito, vt illam coniugem
Haberet ipſe, argento hoc emitur fidicina
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

PROLOGUS

Senarij

Poſtq̃ poeta vetus poetam non poteſt
Retrahere a ſtudio, et tradere hominem in ocium
Maledictis deterrere ne ſcribat parat
Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas
Tenui eſſe oratione, et ſcriptura leui
Quia nuſq̃ ſcripſit inſanum adoleſcentulum
Ceruam videre, fugere, et ſectari canes,
Et eam plorare, orare vt ſubueniat ſibi
Quod ſi intelligeret cum ſtetit olim noua
Actoris opera magis ſtetiſſe q̃ ſua,
Minus multo audacter q̃ nunc ledit lederet
Et magis placerent quas feciſſet fabulas
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet
Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere
Hic reſpondere voluit non laceſſere
Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene
Quod ab ipſo allatumſt, ſibi eſſe id relatum putet:
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipſe de ſe finem non facit
Nunc quid velim animum attendite, apporto nouam
Epidicazomenon, quam vocant comœdiam
Greci, Latini Phormionem nominant
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maxime
Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Date operā, adeſte equo animo per ſilentium
Ne ſimili vtamur fortuna, atqꝫ vſi ſumus
Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt.
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum
Bonitaſqꝫ veſtra adiutans, atqꝫ equanimitas

PRIMUS ACTUS. DAUUS

Senarij.

AMicus ſummus meus, et popularis Geta
Heri ad me venit, erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me reliquum pauſillulū
Numorum, id vt conficerem, confeci, affero
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Uxorem, ei credo munus hoc corraditur
QUAM inique comparatumſt, hi qui minus habent
Ut ſemper aliquid addant ditioribus:
Quod ille vnciatim vix de menſo ſuo
Suū defraudans genium comparſit miſer
Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans
Quanto labore partum, porro autem Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit
Porro alio autem vbi erit puero natalis dies
Ubi initiabunt, omne hoc mater auferet
Puer cauſa erit mittundi, ſed video Getam?

GETA. DAUUS

Trimetri Jābici

SI quis me queret rufus. Da. preſtoſt, deſine. Ge. oh
At ego obuiā conabar tibi Daue. Da. accipe, hem
Lectumſt, conueniet numerus quantum debui. Ge.
Amo te, et non neglexiſſe habeo gratiam. Da.
Preſertim vt nunc ſunt mores, adeo res redit
Si quis quid reddit magna habendaſt gratia
Sed quid tu es triſtis? Ge. ego ne? neſcis quo in metu, et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Quanto in periclo ſim. Da. quid iſtuc eſt? Ge. ſcies
Modo vt tacere poſſis. Da. abi ſis inſciens.
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris
Verere verba ei credere, vbi quid mihi lucri eſt
Te fallere? Ge. ergo auſculta. Da. hanc operā tibi dico. Ge.
Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chremen
Noſtin? Da. quid ni? Ge. quid? eius gnatum Phędriam? Da.
Tanq̄ʒ te. Ge. euenit ſenibus ambobus ſimul
Iter, illi in lemnuʒ vt eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquom, is ſemper per epiſtolas
Pellexit, modo non montis auri pollicens. Da.
Cui tanta erat res, et ſupererat? Ge. deſinas
Sic eſt ingenium. Da. oh regem me eſſe oportuit. Ge.
Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum. Da. o Geta prouinciam
Cœpiſti duram. Ge. mihi vſu venit hoc ſcio
Memini relinqui me deo irato meo
Cœpi aduerſari primo, quid verbis opuſt?
Seni fidelis dum ſum ſcapulas perdidi. Da.
Venere in mētē iſtęc mihi, NAM QUAE JNSCJtiaſt
Aduorſuʒ ſtimulum calces. Ge. cœpi his omnia
Facere, obſeq̄ que vellēt. DA. SCISTI VTI FOro Ge.
Noſter mali nihil quicq̄ʒ primo, hic Phędria
Continuo quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam, hanc amare cœpit perdite
Ea ſeruiebat Lenoni impuriſſimo,
Neq̄ʒ quod daretur quicq̄ʒ id curarant patres
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere
Sectari in ludum, ducere, et reducere
Nos ocioſi operam dabamus Phędrię
In quo hęc diſcebat ludo, ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quędam, hic ſolebamus fere

Plerumqꝫ eam opperiri, dum inde iret domum
Interea dum ſedemus illic, interuenit
Adulescens quidam lachrumans, nos mirarier
Rogamus quid ſit, nunqꝫ ęque inquit ac modo
PAUPERTAS mihi onus viſumſt, et miſerꝝ ꝛ graue
Modo quandam vidi virginem huic viciniȩ
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam
Ea ſita erat exaduorſo, neqꝫ illi beneuolens
Neqꝫ notus, neqꝫ cognatus, extra vnam aniculam
Quisquā aderat, qui adiutaret funus, miſeritumſt
Virgo ipſa facie egregia, quid verbis opuſt
Commorat omnes nos, ibi continuo Antipho
Voltis ne eamus viſere? alius cenſeo
Eamus, duc nos ſodes, imus, venimus
Videmus, virgo pulchra, et quo magis diceres
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem
Capillus paſſus. nudus pes, ipſa horrida
Lachrume, veſtitus turpis, vt ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hec formam extinguerent
Ille qui illam amabat fidicinam, tātummodo
Satis inquit ſcitaſt, noſter vero: Da. iam ſcio
Amare coepit. Ge. ſcin qꝫ, quo euadat vide
Poſtridie ad anum recta pergit, obſecrat,
Ut ſibi eius faciat copiam, illa enim ſe negat
Neqꝫ eum equom ait facere, illam ciuem eſſe atticam
Bonam bonis prognatam, ſi vxorem velit
Lege id licere facere, ſin aliter negat
Noſter quid ageret neſcire, et illam ducere
Cupiebat, et metuebat abſentem patrem. Da.
Non ſi rediſſet pater ei veniam daret? Ge.
Ille ne indotatam virginem, atqꝫ ignobilem
Daret illi? nunqꝫ faceret. Da. quid fit deniqꝫ? Ge.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Quid fiat: eſt paraſitus quidam Phormio
Homo confidens, qui illum Dij omnes perduint. Da.
Quid is fecit: Ge. hoc conſilium quod dicam dedit
LEX EST, vt orbę qui ſint genere proximi
His nubant, et illos ducere eadem hęc lex iubet
Ego te cognatum dicam, et tibi ſcribam dicam,
Paternum amicum me aſſimulabo virginis
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater
Quę mater, qui cognata tibi ſit, omnia hęc
Confingam, quod erit mihi bonum, atq; commodum
Cum tu horum nihil refelles vnicam ſcilicet
Pater aderit, mihi paratę lites, quid mea:
Illa quidem noſtra erit. Da. iocularem audaciam. Ge
Perſuaſit homini, factumſt, ventumſt, vincimur.
Duxit. Da. quid narras: Ge. hoc quod audis. Da. o Geta
Quid te futurumſt: Ge. neſcio hercle, vnum hoc ſcio
Quod fors feret, feremus ęquo animo. Da. placet
Hem, iſtuc viri eſt officium. Ge. in me omnis ſpes eſt mihi. Da.
Laudo. Ge. ad precatorem adeam, credo qui mihi
Sic oret, nunc amitte queſo hunc, cęterum
Poſthac ſi quicq; nihil precor, tantummodo
Non addit, vbi ego hinc abiero, vel occidito. Da.
Quid ille pedagogus, qui cytharistriam
Quid rei gerit: Ge. ſic tenuiter. Da. non multum habet
Quod det fortaſſe: Ge. immo nihil niſi ſpem meram. Da.
Pater eius redit an non: Ge. nondum. Da. quid: ſenem,
Quoad expectatis veſtrum: Ge. non certum ſcio
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo
Et ad portitores eſſe delatam, hanc petam. Da.
Nunquid Geta aliud me vis: Ge. vt bene ſit tibi
Puer heus, nemon huc prodit: cape, da hoc Dorcio

ANTIPHO PHAEDRIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Octonarij, et vnus Dimeter

Adeon rem rediſſe, vt qui mihi conſultum optime velit eſſe
Phaedria, patrē vt extimeſcā, vbi in mentē ei⁹ aducti venit.
Quod ni fuiſſem incogitans. ita eū expectarē, vt par fuit. Ph.
Quid iſtuc eſt? An. rogitas? qui tā audacis facinoris mihi conſci⁹ ſis
Quod vtinā ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet,
Neu me cupidū eo compuliſſet: quod mihi principiumſt mali
Non potitꝰ eſſem, fuiſſet tum illos mihi aegre aliquot dies.
At non cotidiana cura haec angeret animū. Ph. audio. An.
Dum expecto qꝫ mox veniat, hanc mihi conſuetudinem. Ph.
Alijs quia deſit, quod amant aegreſt, tibi quia ſupereſt dolet
Amore abundas Antipho
Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda, optandaqꝫ eſt
Ita me Di bene ament, vt mihi liceat tam diu quod amo frui
Jam depaciſci mortem cupio, tu conijcito caetera.
Quid ego ex hac inopia nunc capiam et quid tu ex iſtac copia.
Ut ne addā, quod ſine ſumptu ingenuā, liberalem nactus es
Quod habes ita vt voluiſti vxorem ſine mala fama, palam
Beatus, ni vnum hoc deſit, animus qui modeſte iſtaec ferat
Quod ſi tibi res ſit cum eo Lenone, quo cum mihi eſt, tum ſentias
ITA pleriqꝫ ingenio ſumus oēs, noſtri noſmet poenitet. An
At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phaedria.
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis
Retinere. amare, amittere, ego in eum incidi infelix locum,
Ut neqꝫ mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc eſt? videon ego Getā currentem aduenire huc?
Is eſt ipſus, hei timeo miſer, quā hic mihi nunc rem nunciet

GETA ANTIPHO PHAEDRIA

Tetrametri, partim Trimetri, et Dimetri tres

NUllus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſiliū celeꝛ reperis
Ita nunc imparatū ſubito tanta te impendent mala,
Quae neqꝫ vti deuitem ſcio, neqꝫ quo mō me inde extraham.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

(Nā qm̄ non poteſt celari noſtra diutius iam audacia)
Que ſi nō aſtu ꝓuidentur, me aut herum peſſundabunt. An.
Quidnā ille cōmotus venit? Ge. tum temporis punctuꝫ mihi
Ad hāc rem eſt, herus adeſt. An. quid iſtud maliſt? Ge.
Quod quum audierit, quod eius remedium inueniam iracundie?
Loquar ne? incendā, taceā, inſtigem, purgeꝫ me, latereꝫ lauem
Eheu me miſerꝫ cum mihi paueo, tū Antipho me excruciat animi
Eius me miſeret, ei nūc timeo, is nunc me retinet, nā abſqꝫ eo eſſꝫ
Recte ego mihi vidiſſeꝫ, et ſenis eſſem vltus iracundiam
Aliqd cōuaſiſſem, atqꝫ hinc me cōijcerem protinꝰ in pedes. An
Quam hic fugam, aut furtum parat? Ge.
Sed vbi Antiphoneꝫ reperiā? aut qua querere inſiſtā via? Ph.
Te nomiat. An. neſcio qd magnum hoc nuncio expecto malū. Ph.
Ah ſanus ne es? Ge. domuꝫ ire ꝑgaꝫ, ibi plurimū ſt. Ph. reuocemꝰ
Hominem. An. ſta ilico. Ge. hem
Satis ꝓ imperio quiſqꝫ es. An. Geta. G. ipſe eſt quē volui obuiā. An.
Cedo quid portas obſecro? atqꝫ id (ſi potes) verbo expedi. Ge.
Faciam. An. eloquere Ge. modo apud portuꝫ. An. meuꝫ ne? Ge.
Intellextin. An. occidi. Ge. hem. An.
Quid agā? Ph. qd ais? G. huiꝰ patreꝫ vidiſſe me patruū tuū. An.
Naꝫ qd ego huic nunc ſubito exitio remediuꝫ inueniā miſer?
Quod ſi eo mee fortūe redeūt Phanium abs te vt diſtrahar,
Nulla ſt mihi vita expetenda. Ge. ergo iſtec cuꝫ ita ſunt Antipho
Tanto magis te aduigilare equom ſt, Fortis fortūa adiuuat. An.
Nō ſuꝫ apud me. Ge. atq opus ē nūc cū maxime vt ſis Antipho.
Nam ſi te ſenſerit timiduꝫ pater eſſe arbitrabitur
Cōmeruiſſe culpaꝫ. Ph. hoc verū ſt. An. nō poſſuꝫ immutarier. G.
Quid faceres, ſi aliqd grauius tibi nūc faciunduꝫ foret? An.
Cū hoc nō poſſuꝫ, illd minꝰ poſſē. G. hoc nihil eſt Phedria, ilicet
Quid conterimus operā fruſtra? quin abeam? Ph. et quidem ego
An. obſecro
Quid ſi aſſimulabo ſatin eſt? G. garris. An. voltū ꝯtēplamini, hem

Satin ſic ē: Ge. nō. An. q̄d ſi ſic: Ge. ꝑpemodū. An q̄d ſi ſic ē: G.
Hem iſtuc ſerua, et v̄buz v̄bo par pari vt reſpondeas (ſat eſt
Ne teiratus ſuis ſaluibus dictis protelet. An. ſcio.
Ui coactum te eſſe, inuitum, lege, iudicio tenes:
Sed quis hic eſt ſenex quem video in vltima platea: An. ipſus eſt
Non poſſum adeſſe. Ge. ah quid ais: quo abis Antipho: mane
Mane inq̄z. An egomet me noui, et peccatum meum
Uobis commendo Phanium, et vitam meam. Ph.
Geta quid nunc fiet: Ge, tu iam lites audies
Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus
Jd nos metipſos facere oportet Phedria. Ph.
Aufer, mihi oportet, quin tu quod faciam impera. Ge.
Meminiſtin olim vt fuerit veſtra oratio,
Jn re incipiunda ad defendendam noxiam
Juſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam. Ph.
Memini. Ge. hem nunc ipſa ſt opus, aut ſi quid poteſt
Meliore, et callidiore. Ph. fiet ſedulo. Ge.
Nunc prior adito tu, ego in inſidijs hic ero
Succenturiatus, ſi quid deficies. Ge. age

SECUNDUS ACTUS

Demipho. Geta. Phedra

Octonarij, Senarij, vnus Catalecticus, ⁊ vnus Dipmeter

ITa ne tandem vxorez duxit Antipho iniuſſu meo:
Nec meū impiuz (age mitto impiuz) nō ſimultatez meaz
Revereri: ſaltem non pudere: o facinus audax, o Geta
Monitor. G. vix tādez. De. q̄d mihi dicēt: aut quā cām repient:
Demiror. Ge. atq̄ repperi iā aliud cura. De. an ne hoc dicent mihi
Inuitus feci, lex coegit: audio, et fateor. Ge. places. De.
Uerū ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſarijs
Etiam ne id lex coegit: Ph. illud durū. Ge. ego expediā, ſine. De.
Incertumſt q̄d agam: q̄z preter ſpez, atq̄z īcredibile hoc mihi obtigit

Ita ſum irritatus, animuʒ vt nequeam ad cogitandum inſtituere
QUAMOBREM omēs cuʒ ſecūdȩ res ſunt, maxime
Meditari ſecum oportet, q̄ pacto aduorſam erumnam ferant
Pericla, damna, exilia, peregre rediens ſemper cogitet,
Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiȩ
Communia eſſe hȩc, fieri poſſe, vt ne quid animo ſit nouum
Quicquid preter ſpem eueniat, omne id deputare eē in lucro. Ge.
O Phedria incredibile eſt, quāto herum ante eo ſapientia
Meditata mihi ſunt omnia mea incōmoda, herus ſi redierit
Uſq3 molendum eſſe piſtrino, vapulādum, habendȩ compedes.
Opus ruri faciundum, horʒ nihil quicq3 accidet animo nouum
Quicquid preter ſpem eueniet, omne id deputabo in lucro
Sed quid ceſſas hoiem adire, et blande in p̄ncipio alloqui: De.
Phedriaʒ mei fratris video filium mihi ire obuiaʒ. Ph.
Mi patrue ſalue. De. ſalue, ſed vbi eſt Antipho: Ph.
Saluum te venire. De. credo, hoc reſponde mihi. Ph.
Ualet, hic eſt, ſed ſatin omnia ex ſententia: De.
Uellem quidem. Ph. quid iſtuc: De. rogitas Phedria:
Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. Ph.
Eho an id ſuccenſes nunc illi: Ge. o artificem probuʒ. De
Ego ne illi non ſuccenſeā, ipſum geſtio dari
Mihi in conſpectum, nunc ſua culpa vt ſciat
Lenem patrem, illum factum me eſſe acerrimum. Ph.
Atqui nihil fecit patrue quod ſuccenſeas. De.
Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt
Unum cognoris, omnes noris. Ph. haud ita eſt. De
Hic in noxa eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt
Cum ille abeſt, hic preſto eſt, tradunt operas mutuas. Ge.
Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex. De.
Nam ni hec ita eſſent cum illo haud ſtares Phedria. Ph.
Si eſt patrue culpam vt Antipho in ſe admiſerit
Ex qua re minus rei foret, aut fame temperans

Non cauſam dico. quin quod meritus eſt ferat.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua
Inſidias noſtre fecit adulescentię,
Ac vicit, noſtram ea culpa eſt: an iudicium:
Qui ſepe propter inuidiam adimunt diuiti:
Aut propter miſericordiam addunt pauperi: Ge.
Ni noſſem cauſam crederem hunc vera loqui. De
An quiſquam iudex eſt qui poſſit noſcere
Tua iuſta, vbi tu te verbum non reſpõdeas,
Ita vt ille fecit: Ph: functus adulescentuli eſt
Officium liberalis, poſtq̃ ad iudices
Uentumſt, non potuit cogitata proloqui.
Ita eum tum timidum obſtupefecit pudor. Ge.
Laudo hunc, ſed ceſſo adire q̃primum ſenem:
Here ſalue, ſaluũ te aduenisse gaudeo. De. oh
Bone cuſtos ſalue, columen vero familię,
Cui commendaui filium hinc abiens meum. Ge.
Jam dudum te omnis nos accuſare audio
Immerito, et me omnium horum immeritiſſimo.
Nã quid me in hac re facere voluiſti tibi:
SERUUM HOminẽ cauſã orare leges nõ ſinunt
Neq̃ teſtimonij dictio eſt. De. mitto omnia. adde
Iſtuc imprudens, timuit adulescens, ſino
Tu ſeruus, verum ſi cognata eſt maxime.
Non fuit neceſſe habere, ſed id quod lex iubet
Dotem daretis, quęreret alium virum
Qua ratiõe inopem potius ducebat domum. Ge.
Non ratio, verum argentum deerat. De. ſumeret
Alicunde. Ge. alicunde: nihil eſt dictu facilius. De.
Poſtremo, ſi nullo alio pacto, vel fenore. Ge.
Hui dixti pulchre, ſiquidem quiſquam crederet
Te viuo. De. non, non ſic futurumſt, non poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nihil ſuaue meritumſt, hominem commonſtrarier
Mihi iſtum volo, aut vbi habitet demonſtrarier. Ge.
Nempe Phormionem. De. iſtum patronum mulieris? Ge.
Jam faxo hic aderit. De. Antipho vbi nunc eſt? Ph. foris. De
Abi Phedria, eum require, atq3 adduce huc. Ph. eo
Recta via equidem illuc. Ge. nempe ad Pamphilam. De
At ego deos penatis hinc ſalutatum domum
Deuortar, inde ibo ad forum, atq3 aliquot mihi
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adſient
Ut ne imparatus ſim cum adueniat Phormio

PHORMIO. GETA

Septenarij Jambici

Ita ne patris ais ɔſpectū veritū hinc abijſſe? G. admodū. Ph.
Phaniū relictā ſolam? Ge. ſic. Ph. ⁊ iratū ſenē? Ge.
Oppido. Ph. ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit
Tu te hoc intriſti, tibi omne eſt exedendū, accingere. Ge.
Obſecro te. Ph. ſi rogabit? Ge. in te ſpes eſt. Ph. ecce rē
Quid ſi reddet? Ge. tu impuliſti. Ph. ſic opinor. Ge. ſubueni. Ph.
Cedo ſenem, iā inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia. Ge.
Quid ages? Ph. quiduis niſi vt maneat Phaniū, atq3 ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atq3 in me omnē irā deriuē ſenis? Ge.
O vir fortis, atq3 amicus, verū hoc ſepe Phormio
Uereor, ne iſtec fortitudo in neruum erumpat deniq3. Ph. ah,
Non ita eſt, factumſt periculum, iam pedum viſaſt via.
Quot me cenſes homines iā deuerberaſſe vſq3 ad necem
Hoſpites, tum ciues? quo magis noui tanto ſepius
Cedo dum en vnq3 iniuriaꝝ audiſti mihi ſcriptam dicam? Ge.
Quid iſtuc? Ph. quia non rete accipitri tenditur, neq3 Miluo
Qui male faciunt nobis. illis qui nihil mali faciunt tenditur,
Quia enim in illis fructus eſt, in his opera luditur
Alijs aliunde eſt periculum, vnde aliquid abradi poteſt

Mihi ſciunt nihil eſſe, dices ducent damnatum domum
Alere nolunt hominem edacem, et ſapiunt meā quidem ſententia
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere, Se,
Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. Ph.
Immo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert
Ten e aſimbolum venire vnctum, atq̄ lautum e balneis,
Ociosum ab animo, cum ille et cura, et ſumptu abſumitur.
Dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas.
Prior bibas, prior decumbas, coena dubia apponitur. Se.
Quid iſtuc verbi eſt: Ph. vbi tu dubites quid ſumas potiſſimum
Hec cum ratione ineas, q̄ ſint ſuauia, et q̄ cara ſint,
Ea qui praebet non tu hunc habeas plane praeſentem deum. Se
Senex adeſt, vide quid agas. prima coytio eſt acerrima.
Si eam ſubſtinueris, poſt illam iam vt lubet ludas licet

DEMIPHO. GETA PHORMIO

Senarij omnes

EN unq̄ cuiq̄ contumelioſius
Audiſtis factam iniuriam q̄ haec eſt mihi:
Adeſte quaeſo: Ge. iratus eſt. Ph. quin tu hoc ages,
Jam ego hunc agitabo, proh deum immortalium fidem
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatā Demipho:
Hanc demipho negat eſſe cognatam: Ge. negat. Ph
Neq̄ eius patrem ſe ſcire qui fuerit: Ge. negat. De
Ipſum eſſe opinor de quo agebam, ſequimini. Ph
Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit: Ge. negat. Ph.
Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens.
Neglegitur ipſa, vide auaritia quid facit. Ge.
Si herum inſimulabis malitie, male audies. De
O audaciam, etiam me vltro accuſatum aduenit. Ph.
Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam
Si illum minus norat, quippe homo iam grandior
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Se continebat, ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat, ſepe interea mihi ſenex
Narrabat ſe hunc neglegere cognatum ſuum
At quem viruꝫ: quem ego viderim in vita optumum. Ge.
Videas te, atq; illuꝫ vt narras. Ph. abi in malam crucem
Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunqꝫ tam grauis
Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam
Quam is aſpernatur, nunc tam illiberaliter. Ge
Pergin hero abſenti male loqui impuriſſime: Ph.
Dignuꝫ at hoc illo eſt. Ge ain tandeꝫ carcere: De. Geta. Ge.
Bonorum extortor, legum contortor. De. Geta. Ph.
Reſponde. Ge. quis homo eſt: ehem. De. tace. Ge. abſenti tibi
Te indignas, ſeqꝫ dignas contumelias
Nunqꝫ ceſſauit dicere hodie. De. ohe deſine
Adulescens primum abs te hoc bona venia expeto
Si tibi placere potis eſt mihi vt reſpondeas,
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtuꝫ, explana mihi
Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret. Ph
Proinde expiſcare quaſi non noſſes. De. noſſem. Ph. ita. De.
Ego me nego, tu qui ais redige in memoriam. Ph.
Eho tu ſobrinū tuum non noras: De. enecas
Dic nomen. Ph. nomen: maxume. De. quid nunc taces: Ph.
Perij hercle, nomen perdidi. De. hem, quid ais: Ph. Geta
Si meminiſtin quod olim dictum ſit ſubijce, hem
Non dico quaſi non noris, tentatum aduenis. De.
Egon autem tento: Ge. Stilpho. Ph. atqꝫ adeo quid mea:
Stilpho eſt. De. quē dixti: Ph. Stilphoneꝫ inqꝫ noueras: De.
Neqꝫ ego illum noram, nec mihi cognatus fuit
Quiſquā iſtoc nomine. Ph. ita ne: non te horum pudet:
At ſi talentum rem reliquiſſet decem. De.
Dij tibi male faciant: Ph. primus eſſes, memoriter
Progeniem veſtram vſqꝫ ab auo, atqꝫ atauo proferens De.

Ita vt dicis, ego tum ſi aduenıſſem, qui mihi
Cognata eſſet dicerem: itidem tu face, cedo
Qui eſt cognata: Ge. heu noſter recte, heus tu caue. Ph.
Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus, tum ſi id falſum fuerat, filius
Cur non refellit: De. filium narras mihi:
Cuius de ſtulticia dici vt dignumſt non poteſt. Ph.
At tu qui ſapiens es magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſa iterum vt reddant tibi,
Quandoquidem ſolus regnas, et ſoli licet
Hic dꝫ eadem cauſa bis iudicium adipiſcier, De.
Et ſi mihi facta iniuriaſt, verum tamen
Potius q̃ lites ſecter, aut q̃ te audiam.
Itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet,
Dotem dare, abduce hanc, minas quinqꝫ accipe. Ph.
Ah ah, hae, homo ſuauis. De. quid eſt: num iniquom poſtulo
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicumſt: Ph.
Ita ne tandem quaeſo, meretricem vbi abuſus ſis
Mercedem dare lex iubet ei, atqꝫ amittere.
An vt ne quid turpe ciuis in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſaſt dari.
Ut cum vno aetatem degeret, quod tu vetas. De.
Ita proximo quidem, at nos vnde, aut q̃ ob rem: Ph. ohe,
Actum aiunt, ne agas. De. non agam: immo haud deſinam
Donec perfecero hoc. Ph. ineptis. De. ſine modo. Ph.
Poſtremo tecum nihil rei nobis Demiphoſt.
Tuus eſt damnatus gnatus non tu, nam tua
Praeterierat iam ad dicendum aetas. De. omnia haec
Illum putato, quae ego nunc dico dicere
Aut quidem cum vxore hac ipſum prohibeo domo. Ge.
Iratus eſt, tu te idem feceris melius. De.
Itan es paratus facere me aduorſum omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Infelix? Ph. metuit hic nos, tam et ſi ſedulo
Diſſimulat. Ge. bene habent tibi principia, Ph. quin quod eſt
Ferundum feras, tuis factis dignum feceris,
Ut amici inter nos ſimus. De. egon tuam expetaꝫ
Amiciciam, aut te viſum, aut auditum velim? Ph
Si concordabis cum illa, habebis quae tuam
Senectutem oblectet, reſpice aetatem tuam. De.
Te oblectet, tibi habe. Ph. minus vero iraꝫ. De. hoc age,
Satis iam verborumſt, niſi tu properes mulierem
Adducere, ego illam eiciam, dixi Phormio. Ph.
Si tu illam attigeris, ſecuſqꝫ dignumſt liberam
Dicam impingam tibi grandem, dixi Demipho
Si quid opus fuerit, heus domo me Ge, intellego

Demipho. Geta. Hegio. Cratinus. Crito

Senarij.

Quanta me cura, et ſollicitudine afficit
Gnatus, qui me, ſeqꝫ hiſce impediuit nuptijs.
Neqꝫ mihi in conſpectum prodit, vt ſaltem ſciam
Quid de hac re dicat, quid ue ſit ſententiae
Abi tu viſe redierit ne iam, an non dum domum. Ge.
Eo De videtis quo in loco res haec ſiet
Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinnum cenſeo
Si tibi videtur. De. dic Cratine. Cra. me ne uis? De.
Te. Cra. ego quae in rem tuam ſint ea velim facias, mihi
Si hoc videtur, quod filius te abſente hic
Egit, reſtituis in integrum aequomſt et bonum,
Et id impetrabis, dixi, De, dic nunc Hegio. He,
Ego ſedulo hunc dixiſſe credo, verum itaſt
QUOT HOMINES TOT ſententiae, ſuꝰ cuiqꝫ mos eſt.
Mihi non videtur quod ſit factum legibus
Reſcindi poſſe, et turpe inceptuſt, De. dic Crito Cri.
Ego amplius deliberandum cenſeo.

Res magna eſt. De. nunquid nos vis: De. feciſtis probe.
Incertior ſum multo q̄ dudum, Ge, negant
Rediſſe. De. frater eſt expectandus mihi
Is quod mihi dederit de hac re conſilium id exequar
Percontatum ibo ad portum quoad ſe recipiat. Ge.
At ego Antiphonem quaeram, vt que acta hic ſunt ſciat
Sed eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere.

TERTIUS ACTUS

Tetrametri omnes

ANTIPHO. GETA

Enimuero Antipho multis modis cū iſtoc aīo es vitupandus
Ita ne hinc abiſſe, et vitam tuā tutandā alijs dediſſe:
Alios tuam rem credidiſti magis q̄ te animaduerſuros:
Nam vt vt erant alia, illi certe quae nunc domi tue eſt conſuleres
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali.
Cuius nunc miſere ſpes, opeſq̄ ſunt in te vno omnes ſitae. Ge.
Equidem here nos iā dudum hic te abſentem incuſamꝰ, q̄ abieris An.
Te ipſum quaerebam Ge. ſz ea cā nihilo magis defecimꝰ. An.
Loquere obſecro, quo nā in loco ſunt res, et fortune mee:
Nunq̄d patri ſubolet Ge. nihil etiā. An. ꝛ q̄d ſpei porro ſt: G. neſcio
An. ah. Ge.
Niſi phaedria haud ceſſauit pro te eniti. An. nihil fecit noui. Ge.
Tū Phormio itidem hac re vt in alijs hoīm ſtrenuū prebuit A.
Quid is fecit: Ge. confutauit verbis admodū iratum patrem. An
Heu Phormio. G. ego q̄d potui porro. A. mi Geta oīs vos amo. Ge
Sic habent pīcipia ſeſe vt dico. adhuc tranquilla res eſt.
Māſuruſq̄ patruū paterē. dū huc aduēniat. A. q̄d eū: G. vt aiebat,
De eius conſilio velle ſeſe facere quod ad hanc rem attinet. An.
Quantus metus eſt mihi venire huc ſaluū nunc patruum Geta.
Nā per eius vnā (vt audio) aut viuā. aut moriar ſententiam. Ge.
Phaedria tibi adeſt. A. vbi nam: Ge. eccum a ſua paleſtra exit foras.

PHEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Tetrametri. preter vnum qui eſt Senarius C. Ph.

O Dorio audi obſecro. D. nō audio. Ph. parū per D. qn omitte me

Audi qd dicā. Do. at enī tedet iā audire eadē milies. Ph.

At nunc dicā quod lubenter audias Do. loquere audio. Ph.

Nequeo te exorare vt maneas triduum hoc. quo nunc abis Do

Mirabar ſi tu mihi quicq̄ afferes noui. An.

Hei metuo Lenonē ne qd ſuo ſuat capiti. Ge. idē ego metuo. Ph.

Non mihi credis? Do. ariolare. Ph. ſin fidē do Do. fabulae Ph.

Feneratum iſtuc beneficiū tibi pulchre dices. Do. logi. Ph.

Crede mihi gaudebis factū verū hercle hoc eſt. Do. ſomniū. Ph.

Experire, non eſt longū. Do, cantilenan eandem canis. Ph.

Tu mihi cognatus. tu parens, tu amicus, tu. D. garris mō. Ph.

Adeon ingenio te eſſe duro. atq̄ inexorabili.

Ut neq̄ miſericordia, neq̄ praecibus molliri queas? Do.

Adeon te eſſe incogitantem, atq̄ impudentē Phaedria.

Ut falleratis dictis ducas me. & meā ductis gratis? An.

Miſeritumſt. Ph. hei veris vincor. Ge. q̄ vterq̄ eſt ſilis ſui. Ph.

Neq̄ antipho alia cum occupatus eſſet ſolicitudīe.

Tum hoc eſſe mihi obiectū malū. A. ah. qd iſtuc āt ē Phedria? Ph.

O fortunatiſſime Antipho. An. ego ne? Ph. cui qd amas domi eſt.

Nec cū huiuſmodi vnq̄ vſus venit. vt conflictares malo. An.

Mihin domiſt? immo quod aiunt, Auribus teneo lupum.

Nā neq̄ quo mō a me amittam inuenio, aut vti retineā ſcio. Do

Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. An. eia ne parū leno ſies.

Nunquid hic confecit, Ph. hiccine? quod homo inhumaniſſimus

Pāphilam meā vendidit. Ge. quid? vendidit? An ain vēdidit? Ph.

Uendidit. Do. q̄ indignū facinus, ancillā aere emptam ſuo. Ph.

Neq̄o exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem

Triduum hoc, dum id quod eſt proximū ab amicis argentū aufero

Si non tum dedero vnā praeterea horam ne opertus ſies. Do.

Obtundis. An. haud longumſt id quod orat Dorio, exoret ſine.

Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicauerit. Do,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Uerba iſtaec ſunt. An Pamphilam ne hac vrbe priuari ſines?
Tum praeterea horum amorem diſtrahi poterin pati? Do.
Neq; ego, neq; tu. Ge. Di tibi omnes id quod eſt dignum duint. Do
Ego te compluris aduorſum ingenium meum menſes tuli
Pollicitantem, et nihil ferentem, flentem, et nunc contra haec cis
Repperi qui det, neq; lacrimet, da locum melioribus. An
Certe hercle ſi ſatis commemini. tibi quidem olim eſt dies
Quā ad dares huic pſtituta. Ph. factū. Do. nū ego iſtuc nego? An.
Jam ne ea preterijt, Do. nō vez ei hec anteceſſit. An. non pudet
Uanitatis? Do. minime. dum ob rem. Ge. ſterquilinū. Ph. Dorio
Jta ne tandem facere oportet? Do ſic ſum, ſi placeo vtere. An.
Sicine hunc decipis? Do. immo enuero Antipho hic me decipit
Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe, ego hunc eſſe aliter credidi.
Js me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter ac fui
Sed vt vt haec ſunt, tū hoc faciā, cras mane argentum mihi
Miles ſe dare dixit, ſi mihi prior tu attuleris Phaedria.
Mea lege vtar, vt potior ad dandum ſit. Uale

PHAEDRIA ANTIPHO GETA

Tetrametri vt ſuperiores. et Dimeter vnus.

Quid faciam? vn̄ ego nūc tā ſubito huic argentū iueniā miſer?
Cui min⁹ nihil eſt, quod ſi hic potuiſſet nūc exorarier
Triduū hoc promiſſuz fuerat. An. ita ne hunc patiemur Geta
Fieri miſerum? qui me dudum vt dixti adiuuerit comiter.
Quin cum opus eſt beneficiū rurſum ei experiamur reddere? Ge.
Scio equidē hoc eſſe aequū. An. age ergo: ſol⁹ ſeruare hūc potes G.
Quid faciā? An. inuenias argentū. Ge. cupio, ſed id vn̄de edoce. An
Pater adeſt hic. Ge. ſcio, ſed quid tū? An. ah. dictū ſapiēti ſat eſt. G.
Jta ne? An. ita. Ge. ſane hercle pulchre ſuades, etiā tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptijs tuis ſi nihil nanciſcor mali
Ni etiā nunc me huius cauſa querere in malo iubeas crucem. An.
Uez hic dicit. Ph. quid? ego vobis Geta alien⁹ ſuz Ge. haud puto.
Sed parū ne eſt. quod oibus nunc nobis ſuccenſet ſenex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Ne inſtigem⁹ etiaz, vt nullus locus relinquat preci. Ph
Alius ab oculis meis illã in ignotuz hinc abducet locuz: hem.
Dum igitur licet, dumqꝫ adſum loquimini mecuz Antipho
Cõtẽplamini me. An quã ob rẽ: aut q̃d nã facturus cedo. Ph
Quo quo hinc aſportabitur terraz certumſt perſequi
Aut perire. An. Di bene vortãt q̃d agas, pedetentim tamen. An.
Uide ſi q̃d opis potes afferre huic. Ge. Si q̃d, q̃d: An. q̃re obſecro
Ne q̃d plus minus ue faxit quod nos pigeat. Geta. Ge.
Quero, ſaluus eſt vt opinor, verum enim metuo maluz. An.
Noli metuere, vna tecum bona. malaqꝫ tolerabimus. Ge.
Quantum opus eſt tibi argenti: loq̃re. Ph. ſolę trigita minę. G.
Triginta: hui percaraſt Phędria. Ph. iſtęc vero vilis eſt. Ge.
Age age, inuentas reddã. Ph. o lepidum caput. Ge.
Aufer te hinc. Ph. iam opus eſt. Ge. iam feres. An.
Sed opus eſt mihi Phormionez ad hãc rez adiutorez dari. An.
Preſtoſt audaciſſime, oneris q̃d uis impone, et feret
Solus eſt homo amico amic⁹. Ge. eamus ergo ad euz ocius. Ph
Abi, dic pręſto vt ſit domi. An.
Nun q̃d eſt q̃d opera mea vobis opus ſit: G. nihil verũ abi domum
Et illam miſerã, quã ego nunc int⁹ ſcio eſſe exanimatã metu
Conſolare. ceſſas: An nihil eſt ęquę quod faciam lubens. Ph.
Qua via iſtuc facies: Ge. dicaz in itinere, modo te hinc amoue

QUARTUS ACTUS.

Demipho. Chremes.

Senarij.

QUid: qua profectus cauſa hinc es lemnum Chremes:
Adduxtin tecum filiã: Ch. nõ. De. q̃d ita non: Ch.
Poſtq̃ꝫ videt me eius mater hic eſſe diutius,
Simul autem non manebat ętas virginis
Meam negligentiam, ipſam cum omni famila
Ad me profectam eſſe aiebant, De. quid illic tam diu

Queſo igitur commorabere, vbi id audieras: Ch.
Pol me detinuit morbus, De. vnde? aut qui? Ch. rogas?
SENECTUS IPSA EST morb⁹, ſed veniſſe eas
Saluas audiui ex nauta qui illas vexerat. De.
Quid gnato obtigerit me abſente audiſtin Chremes. Ch.
Quod quidem me factum conſilij incertum facit
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario
Quo pacto aut vnde mihi ſit dicendum ordineſt
Te mihi fidelem eſſe eque, atqȝ egomet ſū
Scibam, ille ſi me alienus affinem volet
Tacebit, dum intercedet familiaritas
Sin ſpreuerit, pluſquam opus eſt ſcito, ſciet
Vereorqȝ, ne vxor aliqua hoc reſciſcat mea
Quod ſi fit, vt me excutiam, atqȝ egrediar domo
Id reſtat, nam ego meorum ſolus ſum meus. De.
Scio ita eſſe, et iſtec mihi res ſolicitudiniſt.
Neqȝ defeciſcar vnq̃ȝ, ego experier
Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero

BETA

Senarij.

EGo hominem callidiorem vidi neminem
Quam Phormionē, venio ad hominem, vt dicerem
Argento opus eſſe, et id quo pacto fieret
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat, me laudabat, querebat ſenem
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari
Vbi Phedrie ſe oſtenderet nihilominus
Amicum eſſe q̃ȝ Antiphoni, hominem ad forum
Juſſi opperiri: eo me eſſe adducturum ſenem
Sed eccum ipſum, quis eſt vlterior? at at Phedrie
Pater venit, ſed quid pertimui autem belua?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

An quia quos fallam pro vno duo ſunt mihi dati
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier
Petam hinc a primo inſtitui, is ſi dat eſt
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc odoriar hoſpitem

¶ Antipho. Geta Chremes Demipho

Senarij.

Expecto q̄ mox recipiat huc ſe ſe Geta
Sed patruum cum patre video aſtantem, hei mihi
Quam timeo aduentus huius quo impellat patrem. Ge.
Adibo hoſtem, o noſter Chremes. Ch. ſalue Geta. Ge.
Venire ſaluum volupeſt. Ch. credo. Ge. quid agitur? Ch.
Multa aduenienti vt fit. noua hic compluria. Ge.
Ita de Antiphone audiſtin que facta Ch. omnia. Ge.
Tun dixeras huic facinus indignum Chreme
Sic circum iri? De. cum hoc id agebam commoduz G.
Nam hercle ego quoqz id mecum agitans ſedulo
Inueni opinor remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? Ge. vt abi abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio, Ch. q̄ Phormio? Ge. is, qui iſtã. Ch. ſcio. Ge.
Viſum eſt mihi vt eius tentarem ſententiam
Prehendo hominem ſolum, cur non inq̄z Phormio
Vides inter vos ſic, hec potius cum bona
Vt componãtur gratia, quam cum mala?
Herus liberalis eſt, et fugitans litium
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore authores fuere, vt precipitem hanc daret An.
Quid hic cepta? aut quo euadet hodie? Ge. an legibus
Daturum pœnas dices ſi illam eiecerit?
Jam id exploratum eſt, eia ſudabis ſatis
Si cum illo inceptas homine, ea eloquentia eſt
Verum pone eſſe victum eum, at tandem tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Non capitis eius res agitur, ſed pecunię
Poſtq̄ȝ hominem his verbis mollirier ſentio
Soli ſumus nunc hic inq̄ȝ, eho dic quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his deſiſtat litibus
Hęc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies. An.
Satin illi Di ſunt ꝓpitij? Ge. nam ſat ſcio
Si tu aliquam partem ęqui, boniq̄ȝ dixeris
Ut eſt ille bonus vir, tria non commutabitis
Uerba hodie inter vos. De. quis te iſtęc iuſſit loqui. Ch.
Immo non potuit melius peruenirier
Eo quo nos volumus. An. occidi. De. perge eloqui. Ge.
Adprimo homo inſanibat. De. cedo quid poſtulat? Ge,
Quid? nimium. quantuȝ libuit. D. dic. Ge. ſi quis daret
Talentum magnum. De. immo maluȝ hercle, vt nihil pudet? Ge.
Quod dixi adeo ei, queſo quid ſi filiam
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non ſuſcepiſſe, inuentaſt quę dotem petat
Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias,
Hęc deniq̄ȝ eius fuit poſtrema oratio
Ego inquit a principio amici filiam
Ita vt ęquom fuerat volui vxorem ducere
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari
Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler
Aliquantum quę afferret, qui diſſoluerem
Quę debeo, etiam nunc ſi volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quę ſponſaſt mihi
Nullam mihi malim q̄ȝ iſtanc vxorem dari. An.
Utrum ſtultitia facere ego hunc. an malitia
Dicam, ſcientem, an imprudentem, incertus ſum. De
Quid ſi animam debet? Ge. ager oppoſitus eſt pignori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Ob decem minas inquit. De. age age. iam ducat, dabo, Ge.
Aediculae item ſunt ob decem alias. De. hoi hui
Nimiumſt. Ch. ne clama, petito haſce a me decem. Ge.
Uxori emunda ancillulaſt, tum autem pluſcula
Supellectile opus eſt, opus eſt ſumptu ad nuptias.
His rebus ſane pone inquit decem minas, De.
Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas.
Nihil do, impuratus me ille vt etiam irrideat. Ch,
Quaeſo ego dabo, quieſce tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. An hei mihi
Geta occidiſti me tuis fallacijs. Ch.
Mea cauſa eijcitur, me hoc aequomſt amittere, Ge.
Quantum potes me certiorem inquit face.
Si illam dant, hanc vt amittam ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare. Ch.
Jam accipiat, illis repudium renunciet
Hanc ducat. De. que quidem illi res vortat male. Ch.
O portune adeo nunc argentum mecum attuli.
Fructum quem lemni vxoris reddunt praedia
Id ſumam vxori, tibi opus eſſe dixero.

ANTIPHO GETA

Senarij

GEta. Ge. hē. An. q̄d egiſti. Ge. Emunxi argento ſenes. An.
Satin id eſt. Ge. neſcio hercle, tantum iuſſus ſum. An.
Eho verbero, aliud mihi reſpondes ac rogo. Ge.
Quid ergo narras. An quid ego narrem. opera tua.
Ad reſtim mihi quidem res redijt planiſſime.
Ut te quidem omnes Dij Deaeq; ſuperi, inferi
Malis exemplis perdant. hem ſi quid velis
Huic mandes, quod quidem recte curatum velis,
Quid minus vtibile fuit, ꝙ̄ hoc vlcus tangere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Aut noiare vxorem: iniecta eſt ſpes patri
Poſſe illam extrudi, cedo nunc porro Phormio
Dotem ſi accipiet, vxor ducenda eſt domum
Quid fiet? Ge. non em̄ ducet. An noui caeterum
Cum argentum repetēnt, noſtra cauſa ſcilicet
In veruum poti⁹ ibit. Ge. NIHIL EST ANTIPHO
Quin male narrando poſſit deprauarier.
Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt.
Audi nunc contra iam, ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt vxor vt ais, concedo tibi.
Spacium quidem tandem apparandis nuptijs,
Uocandi ſacrificandi dabitur paululum.
Interea amici quod polliciti ſunt dabunt
Argentum, id iſtis reddet. An. q̃zobrem? aut q̄d dicet? Ge. rogas
Quot res poſt illa monſtra euenere mihi?
Introijt in aedes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis.
Gallina cecinit, interdixit hariolus.
Haruſpex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere, quę cauſa ſt iuſtiſſima.
Haec fient. An. vt mo fiant. Ge. fient me vide.
Pater exit, abi dic eſſe argentum Phaedriae

DEMIPHO GETA CHREMES

Octonarij omnes.

Quietus eſto inq̃z ego curabo ne quid verborum duint
Hoc temere nunq̃z amittā ego a me, q̄n mihi teſtis adhibeaz
Cū dē, et q̃zob rē dē cōmemorabo. Ge. vt caut⁹ ē, vbi nihil opuſt C.
Atq̃z ita opus factoſt, at matura, dum libido eadē haec manet
Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reijciat. Ge.
Rēipaz putaſti. De. duc. me ad eū ergo. G: nō moror. Ch. vbi hoc
Tranſito ad vxorē meā. vt conueniat hāc priuſq̃z hic abeat (egeris

Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat.
Et magis eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior.
Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe, quantum voluerit
Datū ēē dotis. D. qd tua (malū) id refert? Ch. magni Demipho. Do
Non ſat eſt tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat, Ch.
Uolo ipſius quoq; voluntate fieri hoc, ne ſe eiectā praedicet De.
Idem ego iſtuc facere poſſū. Ch. mulier mulieri magis cōgruet. D.
Rogabo. Ch. vbi nunc illas ego reperire poſſim cogito

QUINTUS ACTUS
SOPHRONA CHREMES

Octonarij, et quidam Quadrati, penultima longa.

Quid agā? quē mihi amicū inueniā miſera? aut cui conſilia
Haec referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?
Nam vereor hera ne ob meū ſuaſum indigne iniuria afficiatur
Ita patrem adoleſcentis facta haec tolerare audio violenter. Ch.
Nam quae hec eſt anus exanimata, a fratre quae egreſſa ſt meo So.
Quod vt facerē egeſtas me impulit, cum ſcirem infirmas nuptias
Haſce eſſe, vt id conſulerem, interea vita vt in tuto foret. Ch
Certo aedepol (niſi me animus fallit) aut parum oculi proſpiciunt
Meę nutricē gnatae video. So. neq; ille inueſtigat. Ch. qd agā S.
Qui eſt eius pater, Ch. adeon, an maneo, dū ea quę loqtur magis co
gnoſco? So.
Quod ſi eum nūc reperire poſſim: nihil eſt qd verear. Ch. ea ſt ipſa
Colloquar. So. quis hic loquitur? Ch. Sophrona. So. et meum
nomen nominat. Ch.
Reſpice ad me. S. Di obſecro vos, eſt hic Stilpho? Ch. nō. S. ne
Cōcede hinc a forib⁹ paululū iſtorſū ſodes Sophrona (gas? C.
Ne me iſtoc poſt hac noīe appellaſis. So. quid non es obſecro
Quē ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. eſt. S. qd has metuis fores? Ch.
Concluſam hic habeo vxorem ſaeuam, verum iſtoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Effutiretis, atqȝ id porro aliqua vxor mea reſciſceret. So.
Hem iſtoc pol nos te hic inuenire miſerae nunq̄ȝ potuimus. Ch.
Eho dic mihi quid tibi rei eſt cuȝ familia hac, vnde exis?
Aut vbi ille ē ſt? S. miſerā me, C. hē q̄d ē? viuūt ne? S, viuit gnata
Matreȝ ipſaȝ ex egritudine miſerā mors cōſecuta eſt. Ch.
Male factū, So. ego āt que eſſeȝ ānus deſerta, eges, ignota
Ut potui virginem nuptuȝ locaui huic adoleſcenti
Hāc q̄ eſt dn̄s ediuȝ. C. Antiphoni ne? S. hē. iſti ipi. C. (ſolā. Ch.
Quid? duas ne is vxores habȝ? S. hau obſecro vnaȝ quideȝ ille hāc
Quid illa altera que dicitur cognata? So. hec ē. Ch. q̄d ais So.
Compoſito factumſt, quo modo hāc amans habere poſſet
Sine dote. Ch. Di voſtraȝ fidem, q̄ȝ ſepe forte temere
Eueniunt, que non audeas optare, offendi adueniens
Qui cuȝ volebā, atqȝ vt volebam collocatam filiam
Quod nos ambo opere maximo dabamus vt fieret operam
Sine noſtra cura maxima, ſua cura hec ſola fecit, So.
Nunc quid facto eſt opus vide, pater adoleſcentis venit
Eumqȝ animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. Ch. nihil pericliſt.
Sed per deos atqȝ homines meā eſſe hāc caue reſciſcat quiſqȝ So.
Nemo ex me ſcibit. Ch. ſequere me, caetera intus audies

DEMIPHO GETA

Quadrati Octonarij penultima longa

NOſtrapte culpa facimus, vt malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus, et benignos.
Ita fugias, ne preter CASAM quod aiunt, nonne id ſat erat.
Accipere ab illo iniuriam, etiam argentum eſt vltro obiectum
Ut ſit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat. Ge,
Planiſſime. De. is nunc praemiumſt qui recta praua faciunt. Ge.
Uerissime. De. vt ſtultiſſime quidem illi rem geſſerimus. Ge.
Modo vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vt iſtam ducat. De.
Etiam ne id dubiumſt? Ge. haud ſcio, hercle vt homoſt, an mutet

Animum. De. hem mutet āt: Ge. neſcio, verū ſi forte dico. De
Ita faciam, vt frater cēſuit, vt vxorem huius adducam
Cum iſta. vt loquatur, Ge. abi, prenūcia hāc veturā. Ge.
Argentum inuentumſt Phedrie, de iurgio ſiletur
Prouiſum eſt ne in preſentia hec hinc abeat, quid nunc porro.
Quid fiet: in eodem luto heſitas, vorſuram ſolues
Geta, preſens quod fuerat malum in diem abijt. plage creſcunt
Niſi proſpicis, nunc hinc domum ibo. ac Phanium edocebo
Ne quid vereat Phormionem. aut eius orationem

¶ Demipho Nauſiſtrata Chremes.

Octonarij, et Quadrati mixti

Age dum vt ſoles Nauſiſtrata, fac vt illa placetur nobis
Ut ſua volūtate id q̄d eſt faciūdū faciat. Na. faciā. De.
Pariter nunc opera me adiuues, ac dudū re opitulata es Na.
Factum volo, ac pol queo minus viri culpa, q̄ me dignūſt. De.
Quid autē: Na. quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur, nam ex his predijs talenta argenti bina
Stati capiebat. HEM vir viro, q̄d preſtat: De. bina queſo: Na.
Ac rebus viliorib9 multo, tñ duo talenta. De. hui. Na.
Quid hec videtur: De. ſcilicet. Na. vir me natam vellem
Ego oſtenderē. De. certo ſcio. Na. quo pacto: De. parce ſodes
Ut poſſis cū illa, ne te adulescens mulier defatiget. Na.
Faciā vt iubes, ſed meū vir abs te exire video. Ch. hē Demipho
Iam illi datum eſt argētū: De. curaui ilico. Ch. nollem datum
Hei video vxorē, pene pluſq̄ ſat erat. De. cur nolles Chreme: Ch.
Iā recte. D. q̄d tu: ecq̄d locut9 cū iſta es, q̄ ob rē hāc ducim9: Ch.
Traſegi. D. q̄d ait tādē: Ch. adduci nō p̄t. D. q̄d non p̄t: Ch.
Quia vterq̄ vtriq̄ ē cordi. D. q̄d iſtuc noſtra: Ch. magni p̄ter
Hec. cognatam cōperi eſſe nobis. D. q̄d deliras: Ch. ſic erit
Nō temere dico redi mecum in memoriā. De. ſatin ſan9 es: Na.
Hau obſecro vide ne in cognatā pecces. De. nō eſt Ch. ne nega

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Patris nomē aliud dictū eſt, hoc tu erraſti. D. nō norat prēz: Ch.
Norat. De. cur aliud dixit: Ch. nunq̄z ne hodie cōcedes mihi
Neq̄z intelliges! De. ſi tu̅ nihil narres. Ch. pergis: N. miror quid
hoc ſiet. De..
Equitem hercle neſcio. Ch. vin ſcire: at ita me ſeruet Jupiter
Ut propior illi q̄z ego ſum, ac tu nemo ſt. De. Di voſtrā fidem
Eam⁹ ad ipaz vna oēs nos, aut ſcire, aut neſcire hoc volo. Ch. ah. D.
Quid id ē: Ch. ita ne puaz mihi fidez eſſe apō te. D. vin me credē:
Uin ſatis queſitum mihi iſtuc eſſe: age fiat, q̄d illa filia
Amici noſtris: q̄d futurū ſt: Ch. recte. De. hanc igitur mittim⁹: Ch.
Quid ni, D. illa maneat. Ch. ſic. D. ire igit tibi lz N auſiſtrata. Na.
Sic pol commodius eſſe in omnis arbitror. quā vt cœperas
Manere hanc, nam perliberalis viſa ſt cuz vidi mihi. De.
Quid iſtuc negoti ſt: Ch. iā ne opperuit hoſtiū: D. iā. Ch. o Jupit
Di nos reſpiciunt. gnatam inueni nuptā cuz tuo filio. De. hem
Quo pacto id potuit: Ch. nō ſatis tut⁹ eſt ad narrāduz hic locus. D
At tu intro abi. Ch. heus ne filij noſtri quidē hoc reſciſcāt volo

ANTIPHO

Quadrati vt ſuperiores

LAet⁹ ſuz vt ut mee res ſeſe hn̄t fratri obtigiſſe q̄d volt
Quam ſcitum ſt eiuſmōi parare in animo cupiditates,
Quas cum res aduerſe ſient. paulo mederi poſſis
Hic ſimul argentum repperit, cura ſe ſe expediuit
Ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis
Quin ſi hoc celetur in metu, ſin patefit in probro ſiem
Neq̄z me domum nunc reciperez, ni mihi eſſet ſpes oſtenta
Huiuſce habende, ſed vbi nam Getā inuenire poſſuz:
Ut rogem quod tempus cōueniundi patris me capere iubeat:

PHORMIO ANTIPHO

Octonarij

ARgentum accœpi, tradidi lenoni, abduxi mulierem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Curaui propria ea Phedria vt potiretur, nam emiſſa eſt manu
Nunc vna res reſtat mihi, que etiam conficiunda. ocium
A ſenibꝰ ad potandum vt habeam, nā aliquot hos ſumaꝫ dies An.
Sꝫ Phormio eſt, qd ais: Ph. qd: An. qd nā nūc facturꝰ Phedria:
Quo pacto ſacietatem amoris ait ſe velle ſumere: Ph.
Viciſſiꝫ partis tuas acturus eſt. An. quas: Ph. vt fugitet patrem
Te ſuam rogauit rurſum vt ageres cauſam, vt pro ſe diceres
Nam potaturus eſt apud me, ego me ire ſenibus. Sunium
Dicam ad mercatuꝫ, ācillulā emptum, quā duduꝫ dixit Geta
Ne cum hic nō videāt me conficere credāt argentum ſuum
Sed hoſtiū cōcrepuit abs te. A. vide qs egrediat. Ph. Geta eſt.

GETA ANTIPHO PHORMIO.

Octonarii, Quadrati, et Senarii nonnulli.

O fortuna, o fors fortūa quātis cōmoditatibꝰ (tis dieꝫ: An.
Quam ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hūc honeraſ
Quid nā hic ſibi volt: Ge. noſqꝫ amicos eius exonerastis metu
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerꝫ hunc onero pallio
Atqꝫ hominēꝫ propero inuenire, vt hec que cōtigerint ſciat: A.
Nuꝫ tu itellegis qd hic narret: P. nū tu: A. nihil. P. tātūdeꝫ ego G.
Ad lenonē hinc ire pergā ibi nūc ſunt. A. heus Geta. G. hem tibi
Num, mirꝫ, aut nouuꝫ eſt reuocari curſum cuꝫ inſtitueris: An.
Pergi, hercle. tu nūqꝫ tuo odio vinces me: A. nō manes: G. (Geta G.
Vapulabis. An. id, tibi qdem iā fiet niſi reſiſtis verbero. Ge.
Familiarioreꝫ oportet eſſe hunc qui minitatur maluꝫ, ſed is ne eſt
Queꝫ quero, an nō: ipſus eſt. Ph. cōgredere actutū. An. qd ē: G.
Omnium qtum eſt q viuant hominuꝫ homo honoratiſſime.
Nam ſine controuerſia a Dis ſolus diligere Antipho. An.
Ita velim, ſed qui iſtuc credam ita eſſe mihi dici velim. G.
Satin eſt, ſi te delibutum gaudio reddo: An enecas. Ph.
Quin tu hinc pollicitationes aufer. et quod fers cedo. Ge. oh,
Tu quoqꝫ hic aderas Phormio: Ph. aderam, ſed ceſſas: Ge.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Ut mō argentum tibi dedim᷑ apud, for recta domū (accipe hem
Sumus pfecti, interea mittit herus me ad vxorez tuaz. An.
Quam ob rez? Ge. omitto ploqui, nā nihil ad hāc rez eſt Antipho
Ubi in Gynęceū ire occi pio, puer ad me accurrit Mida.
Pone apprehendit pallio, reſupinat, reſpicio, rogo
Quam ob rem retineat me, ait eſſe vetituz intro adher ā accedere.
Sophrona modo fratrem huc inquit ſenis introduxit Chremem
Eumqꝫ nunc eſſe intus cum illis, hoc vbi ego audiui. ad fores
Suſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti
Animam cōpreſſi, aurem admo ui, ita animuz cœpi attendere
Hoc modo ſermonem captant. A. heu Geta. Ge. hic pulcherrimum
Facinus audiui, itaqꝫ pene hercle exclamaui gaudio. Ph.
Quod? G. qd naz arbitrare? An. neſcio. G. atqui mirificiſſimuz
Patruus tuus pater eſt inuētus Phanio vxori tuę. An. hem.
Quid ais? Ge. cum eius cōſueuit oliz matre in lēno clāculuz. Ph.
Somnium vtin hęc ignoraret ſuū patrez? Ge. aliquid credito
Phormio eſſe cauſę, ſed me cenſen potuiſſe omnia
Intelligere extra hoſtium, intus quę inter ſe ipſi egerint? Ph.
Atqꝫ hercle ego quoqꝫ illā audiui fabulā. Ge. immo etiam dabo
Quo magis credas, patruus interea inde huc egreditur foras
Haud multo poſt cum patre idem recipit ſe intro, denuo
Ait vterqꝫ tibi poteſtatem eius habendę dare
Deniqꝫ ego ſum miſſus te vt requirerem, atqꝫ adducerem. An
Hez quin ergo? rape me, q̄ ceſſas? G. fecero. An. o mi Phormio
Uale. Ph. Uale Antipho, bñ ita me Di amēt factuz, gaudeo.

PHORMIO

Senarij

Tantam fortunam de improuiſo eſſe his datam
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phędrię curam adimere argentariam
Ne cuiqꝫ ſuorum equalium ſupplex fiet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Nam idem hoc argentum ita vt ingratis eſt datum
His datum erit, hoc qui cogam re ipſa repperi
Nunc geſtus mihi, voltuſqꝫ eſt capiundꝰ nouus
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum
Inde hiſce oſtendam me. vbi erunt egreſſi foras
Quo me aſſimulaueram ire ad mercatum, non eo

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES

Trimetri

DIs magnas merito gratias habeo, atqꝫ ago
Quando euenere hec nobis frater proſpere
Quantum poteſt nunc conueniundus Phormio eſt
Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas
Vt auferamus. Ph. Demiphonem ſi domiſt
Viſam, vt quod. De. at nos ad te ibamus Phormio. Ph.
De eadem hac fortaſſe cauſa? De. ita hercle. Ph. credidi
Quid ad me ibatis? ridiculum, an verebamini
Ne non id facerem quod recepiſſem ſemel.
Heus heus, quanta hec mea paupertas eſt, tamen adhuc
Curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides. Ch.
Eſt ne ita (vt dixi) liberalis? De. oppido. Ph.
Itaqꝫ ad vos venio nunciatum Demipho
Paratum eſſe, vbi voltis vxorem date
Nam omnis poſt habui res mihi, ita vt par fuit,
Poſtquam tãtopere id vos velle animum aduorteram. De.
At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem
Nam qui erit rumor populi inquit, ſi feceris?
Olim cum honeſte potuit tum non eſt data
Nunc viduam extrudi turpeſt, ferme eadem omnia
Que tu te dudum coram me incuſaueras. Ph.
Satin ſuperbe illuditis me? De. qui? Ph. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere

Nam quo ore redibo ad eaz quam contempſerim: Ch.
Tu autem Antiphonem video ab ſeſe amittere
Inuitum eam inque. De. tum autem video filium
Inuitum ſane mulierem ab ſe amittere
Sed tranſi ſodes ad forum, atqȝ illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio. Ph.
Quod: ne ego perſcripſi porro illis quibus debui: De
Quid igitur fiet: Ph. ſi vis mihi vxorem dare
Quam deſpondiſti, ducam, ſin eſt vt velis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho
Nam non eſt equom me propter vos decipi
Cum ergo veſtri honoris cauſa repudium alterı̄
Remiſerim, que tantundem dotis dabat. De.
I. in malam rem hinc cum iſtac magnificentia
Fugitiue, etiam nunc credis te ignorarier
Aut tua facta adeo: Ph. irritor. De. tun hanc duceres
Si tibi data eſſet: Ph. fac periclum. De. vt filius
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum conſilium fuit. Ph.
Queſo quid narras: De. quin tu mihi argentum cedo. Ph.
Immo vero, tu vxorez cedo. De. in ius ambula. Ph.
In ius enimuero, ſi porro eſſe odioſi pergitis. De.
Quid facies: Ph. ego ne: me vos indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini,
Etiam dotatis ſoleo. Ch. quid id noſtra: Ph. nihil
Hic quandam notā, cuiꝰ vir vxorez. Ch. hez. De. q̄d eſt: Ph.
Lemni habuit aliam. Ch. nullus ſum. Ph. ex qua filiam
Suſcepit, et eam clam educat. Ch. ſepultus ſum. Ph.
Hec adeo illi ego iam denarrabo. Ch. obſecro
Ne facias. Ph. oh tun hic eras: De. vt ludos facit. Ch.
Miſſum te facimus. Ph. fabule. Ch. quid vis tibi:
Argentum quod habes condonamus te. Ph. audio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Quid vos malum ergo me ſic ludificamini.
Inepti veſtra puerili ſententia:
Nolo, volo, volo, nolo, rurſum cedo, cape
Quod dictuz indictuz ſt, qd modo erat ratuz, irritumſt. Ch.
Quo pacto, aut vnde hęc hic reſciuit: De. neſcio
Niſi me dixiſſe nemini id certo ſcio. Ch.
Monſtri ita me Di ament ſimile. Ph. inieci ſcrupulum. De. hez,
Hicine vt a nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens: emori hercle ſatius eſt,
Animo virili, pręſentiqz vt ſis para
Vides peccatum tuum ęſſe elatum foras,
Neqz iam id celare poſſe te vxorem tuam.
Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme.
Id nos met indicare placabilius eſt
Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Vlciſci. Ph. at at, niſi mihi proſpicio hereo
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Ch.
At vereor vt placari poſſit. De. bono animo es
Ego redigam vos in gratiam hoc fretus Chreme.
Cum de medio exceſſit, vnde hęc ſuſceptaſt tibi, Ph.
Ita ne agitis mecum: ſatis aſtute aggredimini:
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho.
An tu vbi peregre tibi quod libitum fuit feceris
Neqz huius ſis veritus foeminę primarię
Quin nouo modo ei faceres contumelias
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum:
Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo
Vt ne reſtinguas lacrumis ſi extillaueris. De.
Malum quod iſti Dij, Deęqz omnes duint
Tanta ne affectum hominem quenqz eſſe audacia:
Non ne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

In ſolas terras: Ch. in id redactus ſum loci,
Ut quid agam cum illo neſciam prorſus. De. ego ſcio.
In ius eamus. Ph. in ius: huc ſi quid lubet. De.
Aſſequere, ac retine, dum ego huc ſeruos euoco. Ch.
Etenim nequeo ſolus, accurre huc. Ph. vna iniuriaſt
Tecum. C. lege agito ergo. Ph. altera eſt tecum Chreme. De,
Rape hunc. Ph. ita ne agitis: enimuero voceſt opus.
Nauſiſtrata exi. Ch. os opprime. De. impurum vide
Quantum valet. Ph. Nauſiſtrata inquam: Ch. non taces. Ph.
Taceam. De. niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere. Ph.
Uel oculum exculpe, eſt vbi vos vlciſcar locus

Nauſiſtrata Chremes Phormio Demipho

Senarij, et Octonarij

QUi nominat me: Ch. hem. Na. quid iſtud turbe eſt obſecro:
Mi vir. Ph. hem. quid nunc obſt. puiſti: Na. quis hic homoſt:
Non mihi reſponde: Ph. hiccine vt tibi reſpondeat
Qui hercle vbi ſit neſcit: Ch. caue iſti quicquam credas. Ph.
Abi tange. ſi non totus friget. me eneca. Ch.
Nihil eſt. Na. quid ergo eſt. quod iſtic narret: Ph. iam ſcies
Auſculta. Ch. pergin credere: Na. quid ergo obſecro
Huic credam. qui nihil dixit: Ph. delirat miſer
Timore. Na. non pol temereſt quod tu tam times. Ch.
Egon timeo: Ph. recte ſane quando nihil times
Et hoc nihil eſt quod ego dico, tu narra. De. ſcelus
Tibi narret: Ph. eho tu factumſt. abs te ſedulo
Pro fratre. Na. mi vir nō mihi narras: Ch. at. Na. quid at: Ch.
Non opuſt eſt dicto. Ph. tibi quidem. at ſcito huic opuſt
In lemno. Ch. hem quid ais: D. nō taces: Ph. clā te. Ch. hei mihi. Ph
Uxorem duxit. Na. mi homo di melius duint. Ph.
Sic factumſt. Na. perij miſera. Ph. et inde filiam
Suſcepit iam vnam dum tu dormis. Ch. quid agimus: Na.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Proh Di immortalis.facinus miſerādum.et malum. Ph.
Hoc actumſt. Na.an quicqȝ hodie eſt factum indignum:
Qui mihi vbi ad vxores ventumſt.tum fiunt ſenes
Demipho te appello.nam me cum̄ hoc diſtedet loqui
Hecine erant itiones crebre,et manſiones diutine
Lemni:hecine erat que noſtros fructus minuit vilitas:De.
Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego
Sed eā,que ſit ignoſcende.Ph.verba fiunt mortuo.De.
Nam neqȝ neglegentia tua,neqȝ id odio fecit tuo
Uinolentus,fere ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam compreſſit,vnde hec nataſt,neqȝ poſt illam vnqȝ attigit
Ea mortem obijt,e medio abijt,qui fuit in rē hac ſcrupulus
Quā ob rez te oro,vt alia tua facta ſunt,eq̄ animo hoc feras. Na.
Quid ego equo animo:cupio miſera in hac re iam defungier
Sed quid ſperez,etate porro minus peccaturum putem
Jam tum erat ſenex:ſenectus ſi verecundos facit
An mea forma,atqȝ etas nunc magis expetēda eſt Demipho:
Quid mihi affers,quam ob rem expectem,aut ſperem porro non
fore: Ph.
Exequias Chremeti,q̄bus eſt cōmodum,ire iam tempus eſt.
Sic dabo,age nunc,age Phormionem qui volet laceſſito.
Faxo tali eum mactatum atqȝ hic eſt infortunio
Redeat ſane in gratiam,iam ſupplicij ſatis eſt mihi
Habet hec ei quod dum viuat vſqȝ ad aurez obgāniat. Na.
An meo merito credo,q̄d ego nunc cōmemorem tibi Demipho
Singillatim,qualis in hunc fuerim:De.noui eque omnia
Tecum,Na.meriton hoc meo videtur factuz:De.minime gentiū
Uerum quādo iam accuſando fieri infectum non poteſt
Ignoſce,orat,confitetur purgat,quid uis amplius: Ph.
Enuero priuſqȝ hec dat veniam,mihi proſpiciā.et Phedrie,
Heus Nauſiſtrata p̄uſquā huic rn̄des temere,audi. Na.q̄d ē: Ph

Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli
Eas dedi tuo gnato, is pro ſua amica lenoni dedit. Ch.
Hem quid ais? Na. adeon hoc indignũ tibi videtur, filius
Homo adoleſcens ſi habet vnam amicam, tu vxores duas
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? reſponde mihi. De.
Faciet vt voles. Na. immo vt iã ſcias meam ſententiam
Neq; ego ignoſco, neq; promitto quicq̃. neq; reſpondeo
Priuſquam gnatum video, eius iudicio permitto omnia
Quod is iubebit faciam. Ph. mulier ſapiens es Nauſiſtrata. Na.
Satis tibi eſt? Ph. immo vero pulchre diſcedo, et probe
Et preter ſpem. Na. tuum nomen dic quod eſt. Ph. mihin?
Phormio veſtrę familię hercle amicus, ⁊ tuo ſumm⁹ Phędrię Na.
Phormio, at ego ecaſtor poſthac tibi q̃d potero, ⁊ quę voles
Faciamq;, ⁊ dicã. Ph. benigne dicis. Na. pol. meritũ'ſt tuũ. Ph.
Vin primum hodie facere quod ego gaudeã Nauſiſtrata?
Et q̃d tuo viro oculi doleãt? Na. cupio. Ph. me ad coenã voca. Na.
Pol vero voco. De. eamus intro hinc. Ch. fiat, ſed vbi ẽ Phędria
Iudex noſter. Ph. iam hic faxo aderit

VOS VALETE ET PLAUDITE.

¶ Hec vltima recognita Terentiana fabula Dauē-
trię in officina lrãtoria Alberti Pafraed eſt
foeliciter excuſa. Anno a virgineo par
tu Mileſimo quingenteſimo de-
cimo quinto. die vero vige-
ſimo nono Septem-
bris.:.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 47 [1]

Farrago dicitur Calepino permixtura producta a farre: id quod ex multis satis ut hordeo vitia et leguminibus fit pabuli causa. Etiam diversarum rerum commixtio farrago dici potest

ωσотαбιs
εωιταбнs
κα

Hesiodus interprete Guarino Veronensi: Fabula sit vobis super adversis pusillis [illegible] [illegible] [illegible] magnis [illegible] [illegible]

Lodowici Bigi ad Titum Epigramma
Dum [illegible] flagitio [illegible] [illegible] liber [illegible]
In desolato sit tua vita loco
[illegible] ibi [illegible] agis [illegible] ut palam [illegible]
Inspectatorem semper adesse deum

Silius Italicus [illegible] [illegible]
[illegible] factorum [illegible] [illegible] deos
[illegible] [illegible] [illegible] of [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Prudentius
Speculator astat desuper qui nos diebus omnibus
actusque nostros prospicit a luce prima in vesperum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] schola [illegible] [illegible]

Prudentius de elemosyna: Felix o nimium qui victum praestat egenis
Nam fragili aeternas vitae mercatur opes

Nunc festum celebremus laudes et cantemus [illegible] [illegible]
Martyris et reginae virginis Catherinae psallentes ore
Haec per virtutes moris vicit in ~~[illegible]~~ arce
O dulcis Catherina sponsa domini
Cum virginum regina ut [illegible] [illegible] psallentes ore